

1527

C O D I C E S

1528

nie, ad quod dux *Wladislaus* cum fratre suo *Henrico* et patruale suo *Spitigneo* &c. cruce assumpta et armati se transtulerunt. Successu, ut notum, infelici.

X. fol. 170. Collectanea praeceptivae e Patribus, five *Auctorita-*

tes de tribulacione, de Caritate, de Mundi prosperitate, et aliis, quibus interjecta bina *Foliola* rhythmis conscripta, hoc initio: *Jam oportet me metra scribere, quia nescimus nos sapienter regere.*

*Proch modo ex nichilo pullulat alta seges
Sicienti riuulo concresecunt novae leges &c.*

Querelae de corruptis moribus, Commendatio Passionis Domini &c. e quibus nihil eruas, nisi quod ad *eximium et amandum Praefulem* dirigantur. Subscriptus est bohemicè *Jan rzieczyeny bad*, id est *Johannes dictus Serpens*.

XI. fol. 173. p. 2. *Rziecz Smateho Pawla* &c. five *Sermo Sancti Pauli contra vitia hujus Seculi* vocat et loquitur. Initium latine redditum: *Vox sancti Pauli vocat. Toti mundo dicens. Omnes qui pie volunt vivere* &c. E quo mox intellexi *Παράφρασις* hic haberi Opusculi illius, quod olim diversis tributum *Mauriani* T. VI. *Opp. Augustini* Append. col. 219. ad *Ambr. Autpertum* retulere, ut dixi ad Cod. CCXLI. quodque incipit: *Apostolica vox clamat per orbem* &c. et de *Conflictu Virtutum et Vitiorum* inscribitur. Desiit jam in C. VI. elegans *Παράφρασις*, atque in Peroratiuncula subjecit: Se ita senio decrepitem, ut jam ambulare non valeat; hunc vero Sermonem misisse Sacerdoti *Bedrzychoni*, cum nihil aliud officiorum ad eum consalutandum haberet. Ad Sec. XV. initia labor hic per-

tinet; quo tempore paucis sane Gentibus contigit, aliquid e PP. Scriptis lingua sua vulgari possidere.

CCCCXII.

Codex chartaceus, lat. Sec. 176 XV. Folior. 279. f. per duas columnas currente calamo exaratus sequentia complectitur: I. *Petri Tzech* five *Tzach* ab oppido natali infer. Austriae dicti *de Pulka*, ad D. Stephanum Canonici et de Academia Vindobonensi optime meriti *Traſatum contra Huffitas*, qui incipit: *In nomine patris et filij et spiritus sancti Jussit vestra reuerendissima paternitas ac metuendissima dominatio talia que negare phas non est* &c. Finit vero: *Et in eadem fide et obedientia Romane videlicet ecclesie semper fuit gubernata ecclesia christi*. Quae in hoc Scripto hactenus inedito plurimum impugnantur, sunt Senſa Huffitarum de Bonis temporalibus Cleri, de Libertate praedicandi Evangelium, et de Communione Sacramenti Altaris. Ad calcem rubro subditur: *Et sic est finis huius opusculi*

1529

P O L E M I C I.

1530

opusculi egregij domini doctoris Magistri petri de pulka contra certos articulos hussitarum Scripti Anno domini 1426°. De Viro hoc, qui annum 1433. vivendo excessit, adi *Seculum I. Scriptt. Universit. Vien. p. 95.* neminem enim, qui praeterea de eo egisset, novimus. Tractatus vero ipse habetur etiam *Codd.* aliis, ut videre est in *Indice.*

II. fol. 49. *Adlocutio ad Synodum* quandam de Autoritate Romanae Ecclesiae potissimum circa Ritus Sacrorum. Adpellatur in margine *Arenga* et incipit: *Patres Reuerendi nos ad contenciones non sumus congregati &c.* Finit autem: *Sufficiat igitur vobis auctoritas ecclesiae sanctae ut deposito ritu communicandi de necessitate utraque specie &c. Conformes vos exhibeatis in hoc et in alijs sacramentis et immaculate ecclesiae Romane tanquam deuoti filij obedientes matri suae Amen.* Videtur ejusdem *Petri de Pulka*, qui inter alia ad *Decreta Concilii Constant.* provocat.

III. fol. 55. *Series Sermonum XV. de Festis Domini, B. V. et Sanctorum*, verifimiliter ab eodem *Petro*, aut *Henrico de Haffsia*, aut *Nicolao de Dünkelspühl*, aut alio ex Theologis *Acad. Vindob.* illius aevi habitorem.

IV. fol. 126. Opusculum tripartitum: *de Praeceptis, de Confessione et de Scientia mortis*, cujus initium: *Christianitati suus qualiscunque zelator &c.* Est *Johannis Gersonis*, legiturque inter ejus Opera a *Dupinio* edita T. I. col.

425. *Antverp.* 1706. f. deest tamen in *Cod. nostro* *Epistola* ibidem praefixa ad quemdam *Episcopum*. Opusculum istud gallice redditum alio loco infra refertur. *Belgice* impressum extat 1482. 4.

V. fol. 133. *Oratio ad Christum*, quae incipit: *Verbum mihi est ad te o rex seculorum christe ihesu*, et finit: *Tibi autem vnice Dei cum eterno patre et spiritu sancto laus indeficiens immortalate (immortale) decus et regnum solidum permanens in secula seculorum amen.* Dein: *Explicit soliloquium Berchardi de sancto victore De commendacione sacramenti domini nostri ihesu christi.* *Berchardum*, opinor, scripsit *Librarius* pro *Richardo*; inter cuius tamen *Opera Colon. Agripp.* 1621. 4. edita mysticam hanc *Precationem* non reperi.

VI. fol. 134. p. 2. *Sylloge Sententiarum moralium* diversi argumenti in Alphabetum redacta, hoc initio: *Absurdum nimis et alienum dinoscitur si patres aures honestis filiorum precibus obdurent &c.* Definit in X. litera his verbis: *quam fraudulenta oscula inimici. Et sic habent finem proverbia et auctoritates Deo gracias.*

VII. fol. 138. rursus incipit *Series Sermonum XXVII. in Dominicis Adventus, Festa Domini et B. V.* iisdem, quos supra indicavi, Autoribus. Speciatim *Sermo de Assumptione Virginis* fol. 168. p. 2. reperitur in alio *Cod.* inter *Sermones Petri de Pulka.* *Sermoni de Virginis Natiuitate* fol.

1531

C O D I C E S

1532

fol. 186. superscriptum est *Oyta*, et ad calcem Sermonis de *Purificatione* fol. 194. p. 2. rubro legitur: *Hic est finis sermonis predicati per Magistrum Hinricum de Oyta*. de quo Viro jam alibi dictum est. Sermonibus his sacris fol. 212. p. 2. inserta est *Oratio* gratulatoria nomine *Universitatis Vindob.* habita ad Oratores suos *Petrum de Pulka, Casp. Meißelstein* &c. 1418. ex Concilio *Constantiensi* reduces, quae incipit: *Reuerendissimi patres et*

domini prestantissimi ac ecclesie sancte dei vertices precipui Illustrissime matris mee sacre universitatis Studij Wienn. Dominus rector Domini Doctores et magistri mei egregij hic presentes &c. Laudantur a rebus in Concilio pro Ecclesiae et Academiae bono gestis, praecipue vero *Patriarcha* (Johannes) *Antiochenus*, cui *Orator metro*, ut ait, *vindoniensis in historia thobie reuerenter* sic occinit:

Ecclesie capitalis apex ouium speculator

Et speculum praesul anthyocene faue &c.

Distichon istud parce detortum est ex *Matthaei Vindocinensis* Scriptoris Sec. XII. *Tobiade*, de

cujus editionibus agit *Fabricius* in *Bibl. med. et inf. Lat.* ubi sic sonat:

Ecclesiae Turonensis apex ovium speculator,

Ut speculum, praesul Bartholomaeae, faue.

Codicem nostrum utrinque ambiunt membranae fragmenta Epistolularum *Ivonis Carnotensis* Sec. XIV. nitide scriptarum referentes, ut adeo cortex hic nucleo fit potior. In ipsa vero theca

anteriore *Versus* adscripti sunt de *Mortis memoria*, quorum LIX. incipiunt: *Mors est a tergo*, et in vocem *ergo* desinunt. Hos sequitur aliud *Hexastichon*, cujus hi versus notari merentur:

Dat facies christi respecta iuuamina tristi

Plusquam christofori aut alius sanctificati.

castigant enim Icones, quae illo aevo ferebantur hoc lemmate:

Christophori faciem die quacunq; tueris

Illa nempe die morte mala non morieris.

Ad imum marginem legitur: *Hos versus felicitatis memorie fecit Ma-*

gister Henricus Langeftain nec non doctor egregius sacre Theologie dictus

1533

P O L E M I C I .

1534

dictus de bassya in Wyenna sepultus, cujus et Epitaphium sat notum praecedit.

CCCCXIII.

649 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 98. 4. exhibet: I. ἀδελποτως Petri Tzsch de Pulka Theologi Vien. Tractatum contra *Hussitas*, qui incipit: *Iussit reuerendissima vestra Paternitas et metuendissima Dominatio* &c. et relatus est pluries ut *Index* docet.

II. fol. 34. p. 2. alium Tractatum pariter ἀδελποτως contra necessitatem Communionis sub utraque Specie, qui incipit: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum* &c. Num. C. 16. *Salubre documentum hec dei sententia prestat cunctis fidelibus* &c. Orditur a querelis contra eos, qui *Bohemiae* regnum in Schisma imo in Haereses, ut ait Autor, induxerunt obtentu legis Christi, cum tamen e conuerso per hanc ipsorum nouitatem subuerse sint ecclesiae, persone plurime religiosissime crudeliter occise, cultus diuinus in toto regno exterminatus, ac ipsum regnum per sediciones, ignes, depopulationes et innumeras hominum strages nimis desolatum. Unde de Descriptionis tempore conjicias. Opusculum porro verbis Autoris in tres tractatulos diuisum est. In quorum primo declarantur auctoritates sacre scripture quas hussite allegant ad probandum prefatum communionis articulum et soluuntur argumenta que ex eisdem auc-

toritatibus induxerunt. In secundo ponuntur solutiones rationum quas ex dictis Doctorum multipliciter roborare frustra conati sunt. In tercio habentur efficaces rationes quibus euidenter ipsorum error conuincitur, &c. De Scriptore cogitanti *Job. Nider*, *Nic. de Dünkelspühl*, *Thom. Haselbachius* se offerunt; non enim *Bobemum* putem.

CCCCXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. 180 XV. Folior. 290. f. bene scriptus exhibet sequentia: I. redit *Tractatus bonus contra quatuor articulos hussitarum*, hic anonymus, sed qui jam Cod. CCCCXII. sub nomine *Petri de Pulka* comparuit.

II. fol. 56. *Hussitarum Auctoritates et Argumenta pro necessitate duplicis speciei*. Initium absque inscriptione: *Hussite multipliciter nituntur fulcire intencionem suam de communionem populi laycalis sub utraque specie* &c. Finis: *Corpus christi sub forma panis et sanguinem sub forma vini*. Das hat auch end. Ex qua clausula vulgari *Bobemum* scriptorem arguo.

III. fol. 60. *Materia questionis de paupertate cleri tractata in concilio Constantiensi*. Initium: *Vtrum viris ecclesiasticis seu clericis liceat aliquid possidere*. Una pars tenebat non esse licitum. Alia defendebat esse licitum id quod a quingentis annis et amplius ecclesia de more habuit. Primo ponam allegaciones